Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IOHAN

omnia facta sunt. et sine ipso factum est nichil. Quod factum est
in ipso vita erat. et vita erat
lux hominum. Et lux in tene
bris lucet. et tenebre eam non
comprehenderunt. Fuit homo
missus a deo. cui nomen erat
iohes. Hic venit in testi
monium ut testimonium perhiberet
de lumine. ut omnes crederent
per illum. Non erat ille lux. sed
ut testimonium perhiberet de lumine.
Erat lux vera. que illuminat om
nem hominem venientem in mun
dum. In mundo erat. et mundus
per ipsum factus est. et mundus eum non
cognouit. In propria venit. et sui eum
non receperunt. Quotquot autem
receperunt eum. dedit eis potestatem
filios dei fieri. his qui credunt in
nomine eius. Qui non ex sanguinibus
neque ex voluntate carnis. neque ex
voluntate viri. sed ex deo nati sunt.
Et verbum caro factum est. et habitauit
in nobis. et vidimus gloriam eius gloriam
quasi unigeniti a patre. plenum
gratie et veritatis. Johes testimonium
perhibet de ipso. et clamat dicens. Hic
erat quem dixi. qui post me venturus
est. ante me factus est. quia prior me
erat. Et de plenitudine eius nos
omnes accepimus. et gratiam pro gratia. quia
lex per moysen data est. gratia autem et
veritas per ihesum christum facta est. Deum ne
mo vidit unquam. Unigenitus filius
qui est in sinu patris. ipse enarrauit
Et hoc est testimonium iohis. quando mi
serunt iudei ab hierolimis sacerdotes
et levitas ad eum ut interrogarent eum.
Tu quis es. Et confessus est. et non
negauit. Et confessus est. quia non
sum ego xps. Et interrogauerunt eum.
Quid ergo. helyas es tu. Et
dixit. Non sum. Propheta es tu. Et
respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis
es ut responsum demus his qui misse
runt nos. Quid dicis de te ipso.
Ait. Ego vox clamantis in deserto.
dirigite viam domini. sicut dixit ysa
ias propheta. Et qui missi fuerant. erant
ex pharisheis. Et interrogauerunt eum et
dixerunt ei. Quid ergo baptizas
si tu non es xps. neque helyas. neque
propheta. Respondit eis iohes dicens. Ego
baptizo in aqua. medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse est
qui post me venturus est qui ante
me factus est. cuius ego non sum dignus
ut solueam corrigiam calciamenti eius.
Hec in bethania facta sunt trans Iordanem ubi erat iohes baptizans.
Altera die vidit iohes ihesum venien
tem ad se. et ait. Ecce agnus dei. ecce
qui tollit peccata mundi. Hic est de
quo dixi. Post me venit vir qui an
te me factus est quia prior me erat. Et ego
nesciebam eum. Sed ut manifestaretur
in israhel propterea veni ego in aqua bapti
zans. Et testimonium perhibuit iohes di
cens. Quia vidi spiritum descenden
tem quasi columbam de celo. et mane
bat super eum. Et ego nesciebam eum.
Sed qui misit me baptizare in aqua.
ille mihi dixit. Super quem videris
spiritum descendentem et manentem super eum.
hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego